



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De partium enumeratione; Loci dignitas & definitio. Capvt XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

nium gentium, quem illò clarissimo die scelerate vidisti, tum cum omnes Principes ciuitatis, omnes ordinum, atque etatum ciuium, se non de ciuis, sed de ciuitatis salute ferre censemabant.) Huiusmodi definitiones planè graues, & oratoria sunt.

De confirmatione definitionis.

CAPUT XXVI.

Arist. top.
1.7 c.5.
naturam ex-
sor operat
volumen.

Dio gen.
Lever. in
Diogen.

Tertull. in
Apol. c.1.

Cic. l. 1. de
natura
Deorum.

VT definitionem suis partibus absolutam facere satis operosum est: Sic inualidam refellere facilimum. Vbi enim aliquid improprium, commune, metaphoricum, est affigiatum, illud statim aduersarijs magnam suggestit ansam cauillationis. Definierat femei Plato hominem animal implume, bipes, Diogenes Cynicus homo dicax, & Academicorum irrisor, gallum deplumen, & nudum in medianam Platonis scholam proiecens. En. homo (inquit) Platonicus; si mirificæ plerunque ludunt oratores, vbi inanes, & mancas aduersariorum definitiones refellunt, & definitis non conuenire, immo contraria prorsus accommodari posse ostendunt. Sic Tertull. in Apologetico, Quid hoc mali est, quod naturam mali non habet: timorem, pudorem, terguerationem, xenitatem, deplorationem. Quid hoc mali est, cuius reus gaudet: cuiusccumque volumen est. Et poena felicitas . non potes dehementiam dicere, qui resuicari ignorare. Sic Velleius apud Ciceronem lib. de natura Deorum contra Stoicos, qui mundum animantem, immortalē, beatum, & rotundum dictabant, agit cauillatoriè. Nunc autem hactenus (inquit) admirabor corum tarditatem, qui animantem immortalem, & euidentem beatum, & rotundum esse velint, quod ea forma vilam, neget esse pulchriorem Plato. At mihi vel cylindri, vel qua frati, vel coni, vel pyramidis videtur esse formosior. Quæverò vita attribuitur isti: rotundo Deo? nempe ea celeritate contorqueatur, cui par nulla cogitari quidem possit. In qua non video, vbinam mens constans, & vita beata possit. insisterem, quodque in nostro corpore, si minima ex parte significetur, molestem sit: cur hoc idem non habeatur molestum in Deo: Terra enim perfectò quoniā pars mundi est, pars est etiam Dei. Atqui terras maximas regiones inhabitabiles, atque incolutas videmus, quod pars corum appulsi solis exarsit, pars obri-

querit nubes pruinaq; longinquo solis abscessu, quæ si mundus est Deus, quoniā partes mundi sunt, Dei membra, partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. Vides quam latuus pateat in istis confutationibus campus, vbi præsertim aliquid absurdissim ab aduersarijs prolatum: Continuo orator sua dexteritate trullam faciet de Minerua. Et hæc in confutatione totius corporis..

Alias unum membrum reprehenditur, si quid dictum laxius, si quid strictius concludunt, ut ex definitionis vitijs est colligere, si plene reprehendi non potest, vellicatur, distorquatur, durius accipitur.

Sic malignè Cecilius, quæ de Dei scientia, & prouidentia dicuntur a Christianis, interpretatur. Deum (inquit) illum suum, quem nec ostendere possunt, nec videre in omnium mores, actus omnium, verba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere, discurrentem scilicet, atque vbiq; præsentem: Molestem illum volunt, inquietum (videt) nihil cum huiusmodi dictum in Dei definitione: impudenter etiam curiosum: Si quidem astat factis omnibus locis omnibus intererat: cum nec singulis inferire possit per vniuersa distractus, nec vniuersis sufficere in singulis occupatus?

Ad cauendas istas illusiones in contentiosis orationibus, vt quæ pugnat, & bellorum, argendum sicce, concludendum stricte, colligendum acutè, abstinentendum similibus, & metaphoris, ad summum oportet.

Ta σάκα σύχα, τὴν σκάφην σκάψει λέγεται.

De partium enumeratione, Loci dignitas, & definitio.

CAPUT XXVII.

EA demum est diuinæ naturæ perfectio, vt nullius rei indiga, nulla quoque partium congerie ad suæ integratæ absolutam rationem, concrescere possit. At cætera rerum creatarum genera, vt ab hac simplicitate longè dissipata sunt, atque remota, sic etiam diuerlarum partium nexibus coalescent, quarum spectata in singulis cognitione, nos ad totius notitiam facili quodam itinere conductus. Quamobrem inter locos, partium enumeratio plurimum obtinet splendoris, vt quæ non modo.

modo ad rem dignoscendam, sed etiam vbe-
ri styllo pertexendam, non mediocre con-
ferat adiumentum. Est autem rei in singulas
partes, apta quædam distributio. Partes apud
Ciceronem (ne ad Logicorum testimonia re-
curramus) duobus modis intelliguntur. Sunt
enim partes totius, quod in se easdem partes
complectitur, ut corpus, humeros, brachia,
19. & si. in thoracem, sunt & partes generis, quas genus
Bruto. 214. sub se contine, alio modo species, & formæ
nominantur, & prudenter, iustitia, fortitudo,
ratione virtutis. Vel si manus, aliae partes sunt
essentia, aliae sunt integrantes, & accedunt
magis ad decus totius, quam ad compositionem.
Ex hac distinctione partium in tractan-
dis rebus dignitas, & decor, tum quod maxi-
mè est in oratione momenti, claritas affusa
consurgit, ut hunc locum iure torius sternu-
nis oeconomicam possit appellare. Ac quemad-
modum in confuso corpore, ubi (quod aiunt)
neque pes, neque caput, omnia secundè permix-
ta, & monstrosa sunt: Sic etiam ubi nulla ab-
oratore instituitur concinna partium distri-
butio, fluctuare, & immensis quibusdam te-
nebris circumfundi orationem necesse est. Hoc
in maiori mundo, hoc etiam in minori, Dei
conditoris sapientia solerissime prouidit, in
quibus tantæ, tam varia, tam prudens singularium
partium distributio, non modo ad suæ
cuique functiones eximiam facilitatem, sed
decut præterea, atque elegantiam impertitur.

Vidit Cie.
in part. &
trivio de
par. fact.

Partium &
enumeratio
re omnia
sermonis.

in perspicientia veri, solertiaque versatur:
Aut in hominum societate tuenda, tribuen-
doque sium cuique, & rerum contractarum
fide: Aut in animi excelsi, atque inuicti mag-
nitudine, ac robore: Aut in omnium, quæ fi-
unt, quæque dicuntur ordine, & modo: in quo
ineft modestia, & temeraria. Ex quo ita li-
ceat concludere, si virtus est, aut prudètia est,
aut iustitia, aut fortitudo, aut tēperantia. Alia
sumunt à partibus intrinsecis, & essentiam
rei componentibus, quales sunt in homine
corpus, & anima rationis particeps, ex quo
rectè inferas eum non esse hominem, qui huic
corpore, siue anima fuerit destitutus. Et hæc
quidem argumenta robustissimè coniunctum.
Alia quæ appositiæ cōpletantur potesta-
tes, & accidentia, minus quidem habent pon-
deris, valent tamen ad ornatam amplificatio-
nem, orationisque circumductam amplitudi-
nem, tum coniuncta vim obinent. quoque
magis propria sunt illius rei, cui tribuuntur,
eo difficilis cleuantur. Ad hoc genus perti-
nent, quæ habet Arnobius lib. 3. aduersus gen-
tes. Arnob. 3. 3.

(Sed vt enī ad ylus certos manus, pedes,
oculi, ceteraque constructio membrorum, sua
quæque in officia constituta est. Ita conuenit
credere in sui munieris functionem has esse
partes comparatas: aut confitendum est in De-
orum corporibus esse aliquid vacuum, quod
sit frustra, & inaniter fabricatum. Quid di-
citis ò sancti, atque impolluti Pontifices reli-
gionum: Habent ergo Di sexus, & genitaliū
membrorum circunserunt foeditates, quas ex
oribus verecundis infame est iūis appellatio-
nibus promere.) Ita irridei Ethnicos, qui cot-
poream faciunt diuinitatem, singulas corpo-
rum partes, colligens etiam viles, & obse-
nas, vt hanc corporis fabricam à diuina natu-
ra alienam esse ostendat.

Diuīsio huius loci secundum rem, & varia genera enumerationis.

C A P V T X X V I I I .

QVanta est partium diueritas, tanta quoq;
consurgit loci varietas. Ut igitur partium,
aliae sunt essentia: quæ genera, species, diffe-
rentiasque spectant. Aliae accedunt, quæ ad
proprium, accidensque Logicorum referun-
tur. Sie diuersa quoque, & in quinque partes
ad summum distributa nascuntur: argumen-
ta, quæ inter se, & dignitate differunt, & ru-
bore.

Præstantiora enim sunt, & validiora,
quæ essentiam spectant, quam quæ extrinse-
ca tantum, & ad cœtitia sunt. Essentialis hæc
est partium enumeratio sumpta à parti-
bus generis. Sed omnes, quod honestum est,
id, quæcumq; partium ori. ut ea & iiquæ. Aut enim

Diuīsio secundum modum, & varia argu- mentationum ab enumeratione partium genera.

C A P V T X X I X .

H Aec prima enumerationis partium di-
uisio secundum rem, alia secundum rei Primus me-
modum consurgit, & triplex est. Vnde cum dñs.
X. 3. affit.

Ciceron. 1. 1.
ffic.